Ioannes de Oczyeschino Regni Poloniae Cancellarius, Cracoviensis, generalis, ac Osbwiaczimensis, Zathoriensis, Schamboriensis, olshinensisque Capitaneus, et terrae Cracoviensis Succamerarius, Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis, quae sunt acta in loco campestri granicialis, inter villas et hereditates Parkossowicze, Szczepanowicze, et Orlow, Bendi Joannis Preczpi totiusque Conventus Monasterii Miechoviensis ex una et sortis in Slawicze, Quosi Joannis Staszkowski, ac eiusdem Preczpi et Conventus sui Miechoviensis ex altera partibus, et hoc feria tertia post festum Ascensionis domini proxima, Anno eiusdem domini Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto. Coram Nobili Francisco Mirossowski in Mirossow herede Camerario granicialis, ad faciendum granicies infrascriptas, specialiter subdelegato, Prudentibus ibidem Magro, Nobilibus ac Nobilibus Valentino Dembiewski de Piotrkowicze Castellano Sandecensi Regni Poloniae Thesaurario, et Capitaneo Chrzanowiensi, Joanne Kmitha de Volia Notario terrae ac Vicecapitaneo Cracoviensi, Paulo Ossowski Notario terrae Sandomiriensis, Joanne Bazylo Jakubowski de Wadow, Marco Minoczki de Minoga Calixtio Vlinski de Vlina, et aliis quamplurimis fidedignis circa praemissa exhibentibus. Facte sunt granicies seu limites inter villas et hereditates Parkossowicze, Szczepanowicze et Orlow, Bendi Joanis Preczpi totiusque Conventus Monasterii Miechoviensis ex una, et sortis in Slawicze Quosi Joanis Staszkowski, ac eiusdem Preczpi et Conventus sui Miechoviensis ex altera partibus per Nobilem Franciscum Mirossowski de Mirossow Camerarium granicialem ad faciendum granicies infrascriptas per literas patentes Magri domini Succamerarii terrae Cracoviae specialiter deputatum seu subdelegatum Quarum literarum subdelegationis tenor sequitur et talis.

Ioannes de Oczieschino Regni Poloniae Cancellarius, Cracoviensis generalis ac Osbwiaczimensis, Zathoriensis, Schamboriensis, olshinensisque Capitaneus, et terrae Cracoviae Succamerarius, Significo praesentibus universis et singulis quorum interest. Quum in praesentia propter aegram valetudinem qua hoc tempore affectus est, Nobilis dominus Martianus Chelmski vexillifer et Camerarius meus dilectus terrae Cracoviae limitibus bonorum et hereditatum villarum Parkossowicze et Szczepanowicze, Bendi domini Joannis Preczpi Monasterii Miechoviensis ipsius que Conventus ex una et Polaroniczc Slawiczque Nobilis domini Joannis Staszkowski ex altera partibus praesens ipse adesse non potest, volens per me stare, quemque in partium debitum suum sortiatur effectum, quod hoc tempore legitimum mei destrictus Cracoviae Camerarii commemorati fieri non potest absentia, in locum eiusdem domini Martiani Chelmski ad praesens et ad eosdem limites dimittendos et ad eosdem limites dimittendos et officia Dantis opi plenae et nos limitata praetatum omnia et singula de more et consuetudine circa actum limitum observari et exequi solita, vel aliquid prout omnia mea rem tradita sint, in his quoque suprascriptis limitibus dimittendos et officia Succamerarii terrae Cracoviae obeundi, regendi, gubernandi, administrandi ac alia necessaria debite exequutioni demandandi prout capere per se, vel per litteras meas Camerarium praefatum facerem obire et administrare, vel facere obire administrare que deberem. In cuius rei testimonium Sigillum meum praesentibus est appressum. Cracoviae undecima Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo. Idem qui supra manu sua. QUAE quidem partes suprascriptae licet fuerant de iudicio terrestri Wyaczniczc ex decreto iudicii profaciendum granicierum praefatis, ad officium Succariale venisse ac in termino certo campestri ex vi citationis literalis campestris coram officio domini Succamerarii pronuncium per decretum officii adornatus occasione earundem granicierum praefato Joanni Staszkowski erat adiudicatus tandem que terminus eiusdem iuramenti et faciendis granicierum inter easdem partes, hucusque erat medium continuatus. In termino itaque hodierno ex vi decreti predicti ac limitationum et prorogationum terminorum eadem, et pronuncium partes suprascriptae, volens imposterum mutua amicitiam et benevolentia inter se conservare, ac evadendo quibus ulteriores strepitus iurium ac iuramenta per medium amicorum certorum suprascriptorum concordia occasione granicierum praefatarum iniverunt et ex mutuo ipsarum partium consensu et adinventione amicorum utrinque suorum vigit praefatus Bendus Joannes Preczpus per se, et Religiosi Stanislaus Plebanus in Wroczicziz, ac Nicolaus plebanus in Sodow, et Petrus Plebanus in Vnicicow fratres eiusdem Conventus nomine totius Conventus praefati Miechoviensis, habentes sufficiens ad id mandatum a toto Capitulo totius Conventus Miechoviensis. Et praefatus eiusdem Joannes Staszkowski personaliter per praefatum Camerarium subdelegatum eadem granicies erigi et separi vnanimiter pecierunt. Et primis itaque post proclamationem per Nimi Nobilem terrae Blasium Pierzchalski de Siedliska, de mandato officii factam, vt si quis sit qui inceptionem praefatarum granicierum contradiceret, Cumque nemo contradixit, incepta sunt separi et erigi granicies inter hereditates praefatas incipiendo ab eo loco seu scopulis in campis, seu inter agros hereditatis praefatae Parkossowicze ex una et Slawicze ex altera. Vbi antea granicies inter hereditates suprascriptas inceptae steterant indeterminatae Sipatus que et erectus est primus scopulus acialis ex opposito villae Parkossowicze diuertendo medium a scopulis predictis antiquis vltimis vbi steterant primi indeterminati, quasi ad manum dextram in monticulo quodam, alias na ostrowie, inter agros hereditatis praefatae. A quo tandem scopulo descendendo de monte predicto, eundo que recto tramite versus meridiem sipati et erecti sunt scopuli quor parietales vsque eidem, inter hereditatem praefatam vsque pervenitur est ad Lajja seu silvam quae vocatur Borzeczinyecz, vbi tandem diuertendo ad manum sinistram versus occidentem, eundo inter Lajjum et agros sipati et erecti sunt de terra scopuli parietales per longitudinem quinque citra vel vltra stadiorum tredecim vsque pervenitur est ex opposito eiusdem alueo alias Radol Aedi Borzeczki dol, quo tempore exubberationis pluviarum aqua de monte ex Lajjis praefatis decurrere solet. Quo alueo ascendendo versus montem per Lajjum dicti Borzeczinyecz sipati et erecti sunt scopuli septem vsque in montem ascendendo. Tandemque exeundo de eodem alueo, eundo recto tramite per Lajjum versus meridiem, sipati et erecti sunt scopuli, per montem, vsque pervenitum est ad similem alterum alueum qui vocatur Chlinyecz ex alia parte eiusmodi montis originem habentem ac versus meridiem se protrahentem. Quo alueo similiter eundo versus meridiem sipati et erecti sunt scopuli per Lajjum vsque dum pervenitum est prope campos et agros hereditatis villae Szczepanowicze praefati Praepositi et Conventus sui quos campos per longitudinem vnius stadii, citra vel vltra non addendo, diuertitque ad manum sinistram versus orientem Szczepanowicze, et erecti sunt scopuli per rubeta partem eorundem rubetorum, quasi per longitudinem vnius alicubi ena minus stadii ad hereditatem Orlow relinquendo vsque pervenitum est ad alterum similem alueum de eisdem Lajjis se protrahentem. Quem alueum pertransiendo, sipati et erecti sunt scopuli eundo per rubeta multiovacinea alias Brzozowe vsque pervenitum est ad eundem locum vbi agri hereditatum praefatarum Slawicze ex una et Orlow ex altera partibus in vicem concurrunt. Tandem eundo inter agros hereditatum praefatarum, sipati et erecti sunt scopuli antiquo limite inter eosdem agros, obliquo hinc et inde diuertendo vsque ad parietem villae et hereditatis Wezerow Spectabilis et Magnifici Spitkonis Jordan de Zakliczin et in Melstin heredis latini Cracoviae, vbi penes parietem praefatae villae Wezerow, sipati sunt vltimi duo scopuli acialis diuidentes hereditates praefatas ita vigit. Quod quicquid est situatum, incipiendo ab inceptione earundem granicierum, eundo que vsque ad determinationem earundem ad manum dextram, hoc pertinere debet ad hereditates praefatas Parkossowicze, Szczepanowicze, et Orlow, ipsius Praepositi et totius sui Conventus Monasterii Miechoviensis. Quicquid vero est situatum ad manum sinistram incipiendo ab inceptione earundem granicierum vsque ad determinationem id debet pertinere ad hereditatem Slawicze sortis praefati Joannis Staszkowski, nil in iudicium sortium Preczpi Miechoviensis que Conventus in eisdem bonis Slawicze habitis. Hoc seorsim et specialiter adiecto, quod subditi earundem partium, in eisdem silvis atque Lajjis debent mutuis pascuis ex vtraque parte vti sine tamen damno predicti Nobilis et Lajjorum suprascriptorum. Circa quos duos scopulos acialis Ministerialis terrestris praefatus Blasius Pierzchala, de mandato officii praefati clamavit, Si quis sit qui praefatis granicibus contradiceret et nemo contradixit. Quas quidem granicies sic vt premissum est de consensu et mutua recognitione partium suprascriptarum factas, praefatus Camerarius Subdelegatus auctoritate domini Succamerarii et subdelegationis suae supramissae decerniit habere et obtinere robur perpetuae firmitatis. In cuius rei fidem et euidens testimonium Sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Actum et datum vt supra videlicet feria tertia post festum Ascensionis domini proxima. Anno eiusdem domini Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo.

Bartholomeus Lissowski
Nodius Campestris Terrae

Granicies super Sczepanowicze, Parkoßowicze, et Orlow cum Slawicze, 1562. Feria 3. post Dm. ascensionis Dni.

Ex Scabula sexta

Sub Numero [illegible]

Indice hujus [illegible]

[illegible] 1562.

15.